

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

Schulte, Aloys

Straßburg, 1898

1252

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326727)

episcopo Argentinensi nostris dedissemus litteris in mandatis, ut eidem Symoni de aliqua prelatura vel dignitate in Argentinensi civitate vel diocesi provideret, Anselmus de Flekestein, canonicus Spirensis, preposituram ecclesie Surbugensis Argentinensis diocesis predicto Symoni de jure debitam sibi conferri auctoritate quarundam litterarum postmodum obtentarum a sede apostolica procuravit. verum cum pater et fratres ipsius *Anselmi* se potenter et patenter opponant ecclesie negotio generali, C[onrado] nato quondam Fr[iderici] olim Romanorum imperatoris et ejus fautoribus adherendo, et castra et munitiones imperii occuparint et delineant occupata, sitque satis indignum persecutorum ecclesie et ecclesiastice libertatis filios ad honores et ecclesiastica beneficia promoveri, quibus merentur potius spoliari, nos dictorum regis et electi precibus inclinati mandamus, quatinus patrem et fratres dicti *Anselmi* moneas attentius et inducas, ut infra duorum mensium spatium post monitionem tuam ad devotionem ecclesie redeuntes castra et munitiones predicta eidem regi restituere non postponant; alioquin prefatum *Anselmum* de consilio dilecti filii nostri H[ugonis] tituli sancte Sabine presbyteri cardinalis apostolice sedis legati a prepositura ammovens memorata illam dicto Symoni auctoritate nostra conferas et assignes. contradictores etc. non obstante, quod causam motam inter predictos *Anselmum* et *Symonem* super predicta prepositura, in qua nondum est ad litis contestationem processum, duximus ad examen apostolicum revocandam, sive quod venerabili fratri nostro . . . episcopo Argentinensi dicitur ab apostolica sede concessum, quod nulli possit in sua civitate vel diocesi preter ipsius assensum per litteras apostolicas provideri. datum Perusii 14 kalendas februarii anno nono.

V aus Reg. Vat. tom. 22 fol. 155.

169. Innocentius IV papa . . . episcopo Argentinensi mandat, quatinus exnunc preposituram Argentinensem, si super ea litigantibus contigerit inponi silentium nullique ipsorum eam adjudicari per sententiam, pape donationi reservet, districtius prohibens, ne ipsa per electionem vel provisionem alicui per aliquem auctoritate qualibet conferatur, ac decernat insuper irritum et inane, si contra reservationem et prohibitionem hujusmodi contigerit attemptari, cum super ea de cetero per controversias et jurgia disceptari nolit in ecclesie prefate detrimentum. «cum nostre intentionis.» datum Perusii 12 kalendas aprilis anno nono. 1252 März 21 Perugia.

V aus Reg. Vat. tom. 22 fol. 134.

Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 5586.

170. Innocentius IV papa cum Gebehardo de Fribure capellano suo canonico Argentinensi, qui proposuit, quod olim in guerra nobilis viri . . . comitis de Fribure fratris sui . . . Basiliensem episcopum non animo bellandi associans interfuisset captioni munitionis cujusdam, in qua plures homines dicuntur occisi, et petivit super hiis sibi salubriter provideri, cum presentia sua nulli fuerit mortis occasio, dispensat

super irregularitate, si quam forsitan ex hujusmodi presentia contraxerit. «ex parte tua.» datum Perusii 12 kalendas aprilis anno nono. 1252 März 21 Perugia.

V aus Reg. Vat. tom. 22 fol. 134^r.

Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 5587. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 576. Fürstenberg. UB. VII, 407 nr. 251.

171. Pabst Innocenz IV bestätigt dem Straßburger Domprobst Walther von Geroldseck den Schiedspruch des päpstlichen Caplans Andreas in dem Streit mit dem päpstlichen Caplan und Straßburger Canonicus Gebhard um die Straßburger Domprobstei. 1252 Mai 11 Perugia.

10 Gualtero de Gerolseke preposito ecclesie Argentinensis. ea, que iudicio etc. usque communiri. sane tua petitio nobis exhibita continebat, quod, cum in causa, que inter te ac Geberardum capellanum nostrum canonicum Argentinensem super eo vertebatur, quod idem capellanus asserebat, preposituram Argentinensis ecclesie auctoritate nostra sibi canonicè fuisse collatam et te impedire temere, ne dictus
15 capellanus possessionem ipsius prepositure pacificam adipisci posset, dilectum filium J[ohannem] sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinalem primo, ac eo se ad partes alias transferente, Andream nepotem et capellanum nostrum dederimus partibus auditores, idem Andreas cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observato nobis fideliter recitatis, presentibus procuratoribus partium, de mandato nostro
20 te duxit ab impetitione ipsius Gebhardi per diffinitivam sententiam absolvendum, prout in litteris inde confectis sigillatis sigillo ipsius Andree capellani plenius continetur. nos itaque tuis supplicationibus inclinati sententiam ipsam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est: In Christi
25 nomine amen. anno ejusdem 1252, indictione 10, quarto die intrantis maji coram testibus infra scriptis. olim inter dominum Gebhardum domini pape capellanum ex una parte et dominum Gualterum Argentinensem canonicum dictum de Gerolseke ex altera super prepositura Argentinensi questione suborta, idem dominus Gebhardus obtinuit citari predictum dominum Gualterum ad sedem apostolicam pro causa eadem.
30 quibus partibus dominus papa venerabilem patrem dominum J[ohannem] sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinalem concessit specialiter auditorem. coram quo a Conrado, clerico et procuratore predicti domini Gebhardi, libellus porrectus extitit in hunc modum: coram vobis, venerande pater ac domine, J[ohanne] sancti Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali, partibus auditore concesso proponit Corradus clericus et procurator domini Gebhardi, domini pape capellani et Argentinensis
35 prepositi, contra dominum Gualterum canonicum Argentinensem dictum de Gerolseke, quod, cum . . . abbas sancti Truperti in nigra silva Constantiensis diocesis auctoritate apostolica preposituram Argentinensem predictam eidem Gebhardo canonicè contulisset et eum in sedem prepositi installasset, dictus Gualterus, cum nullum jus habeat

1252
Mai 4

in prepositura eadem, asserens sibi eandem collatam, memorato Gebehardo temere se opponit ac ipsum impedit et molestatur super ipsa prepositura non permittens, ipsum possessionem ipsius pacificam adipisci, propter que jam dictus Gebehardus incurrit dampna gravia et expensas. quare predictus *Corradus* petit nomine ipsius Gebehardi collationem de memorata prepositura Argentinensi eidem factam per abbatem prefatum per vos auctoritate apostolica confirmari et eidem *Gualtero* super ipsa prepositura perpetuum silentium imponi, cum nullum jus habeat in eadem. petit etiam per vos sententialiter injungi sepedicto *Gualtero*, quod memoratum Gebehardum non impediatur nec perturbetur, quominus adipiscatur prepositure ejusdem possessionem pacificam. petit etiam dampna et interesse et expensas, que et quas incurrit occasione molestationis hujusmodi, que extimat centum marcas, petit etiam expensas factas et protestatur faciendas salvo jure etc. super predicto libello coram eodem domino *J[ohanne]* lite legitime contestata, factis positionibus hinc et inde et responsionibus ad easdem ac aliis rite peractis et tandem eodem domino *J[ohanne]* se ad partes alias transferente, dominus papa nobis *Andree* capellano et nepoti suo causam ipsam commisit sine debito terminandam. super qua visis rationibus necnon confessionibus et allegationibus utriusque partis auditis, relatione diligenti domino pape facta, de ipsius domini speciali mandato predictum *Gualterum* Argentinensem canonicum et *Henricum* ac *Jacobum*, procuratores ejus ipsius nomine presentes, ab impetitione dicti Gebehardi et predicti *Corradi* procuratoris ejusdem presentis ejus nomine per diffinitivam sententiam in scriptis absolvimus justitia mediante. in cujus rei testimonium scriptum presens jussimus sigilli nostri munimine roborari. actum Perusii in camera predicti domini *Andree*, pontificatus domini *Innocentii* pape quarti anno nono, presentibus magistro *Bernardo* Hispano domini pape capellano, magistro *Angelo* avvocato, magistro *Gregorio* capellano domini *Guillelmi* sancti *Eustachii* diaconi cardinalis, magistro *Arditone* capellano domini *Octoboni* sancti *Adriani* diaconi cardinalis et magistro *Pancratino* de *Regio* testibus. ego *Gaudulfus* imperiali auctoritate notarius predictis interfui, ut supra legitur. omnia de mandato prefati domini *Andree* scripsi et in publicam formam redegei. nulli ergo etc. nostre confirmationis etc. datum Perusii 5 idus maji anno nono.¹

V. aus Reg. Vat. tom. 22 fol. 161^o.

Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 5734. Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 756. Fürstenberg. UB. VII, 408 nr. 252.

¹ *Unter dem gleichen Datum unmittelbar anschließend, mit nahezu gleichem Wortlaut trägt Papst Innocenz IV dem Prior von Lixheim (Lukeshaim ordinis s. Benedicti) in der Metzger Diocese auf, den Straßburger Domprobst Walther von Geroldseck gegen alle Angriffe auf jenen Schiedsspruch zu schirmen. Berger Reg. Inn. IV nr. 5735.*

172. Pabst Innocenz IV gewährt dem Straßburger Scholasticus Konrad, daß seinem Rechtsanspruch auf die Straßburger Domprobstei durch den Entscheid zwischen Walther von Geroldseck und Gebhard von Freiburg kein Nachtheil erwachse. 1252 Juli 24 Perugia.

Conrado scolastico Argentinensi. ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod, cum olim pro te ac quibusdam aliis clericis super conferenda cuilibet^a vestrum prepositura sive personatu vel alia ecclesiastica dignitate in partibus Alamanie sub diversis formis ad diversos executores direxerimus scripta nostra, tandem ecclesie Argentinensis prepositura vacante singuli vestrum per deputatos sibi executores preposituram eandem sibi fecere conferri. verum Gebhardus frater nobilium virorum comitum de Friburch, capellanus noster, preposituram ipsam taliter sibi collatam credens se fuisse canonice assecutum ac asserens, Waltherum de Geroliseke canonicum Argentinensem, cui prepositura ipsa collata extitit, se non permittere ipsius prepositure pacifica possessione gaudere, ipsum ad nostram obtinuit presentiam evocari. sed quia idem Waltherus ab impetitione ipsius Gebhardi fuit auctoritate nostra per dilectum filium Andream nepotem et capellanum nostrum exigente justitia sententialiter absolutus¹ et ob hoc ipse pro preposito Argentinensi se gerens asserit, eandem preposituram canonice se adeptum, tu occasione hujusmodi metuens juri, quod in eadem prepositura te credis habere, cum de ipso discussum non fuerit, prejudicium generari, petiisti tibi super hoc a nobis paterno remedio precaveri. licet igitur res inter alios acta alii regulariter non prejudicet, tuis tamen precibus inclinati, quod per processum inter predictos Gebhardum et Waltherum habitos et sententiam promulgatam seu confirmationem apostolicam, ut dicitur, subsecutam, sive quod justuum super hoc hactenus prosequi distulisti, nullum tibi in jure, si quod in eadem prepositura obtines, prejudicium generetur, auctoritate tibi presentium indulgemus.² nulli ergo nostre concessionis etc. datum Perusii 9 kalendas augusti anno decimo.

V aus Reg. Vat. tom. 22 fol. 206.

Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 5968.

173. Innocentius IV papa Gebhardo de Friburch capellano suo, propter multitudinem beneficiorum que obtinet, intelligenti se ad obtinendam quamlibet dignitatem ecclesiasticam inhabilem reputari, ac parato aliqua de obtentis beneficiis resignare indulget, ut quatuor de predictis beneficiis, que maluerit resignatis, reliqua licite valeat retinere nec ad obtinendam quamcunque dignitatem ecclesiasticam epis-

a) V rep. cuilibet.

¹ Vergl. nr. 171.

² Unterm 21ten August des Jahrs 1252 überträgt Pabst Innocenz IV den Cardinallegaten Hugo die definitive Besetzung der Domprobstei. Reg. Vat. tom. 22 fol. 203. Darnach Berger Reg. Inn. IV nr. 5928. Vergl. Potthast nr. 14692 und UB. I, 283 Anm. 1.